

„ qui sunt in Cieri Catalogo, ab eo, cui immaculatam  
 „ impertit communionem, ullam speciem exigere visus  
 „ fuerit, deponatur, ut Simoniaci erroris & maleficii  
 „ amulator. *Idem Balsamon in Responsione ad hanc*  
 „ *Interrogationem LVII. Marci Patriarchæ Alexandrini* (1)

„ Quæ in Sanctis Dei Ecclesiis ab aliquibus offeruntur  
 „ res qualescumque, vel etiam edulia, à quonam acci-  
 „ pientur, & retinebuntur? Item quæ & qualia sunt  
 „ Canonica, quæ Sacerdotibus & Pontificibus quotannis  
 „ dantur? Quoad Canonica sic ait: *χάρων δὲ τῆς ἀφαιλέ-*  
 „ *σις διδοσθαι ποσότητος ὑπὲρ κανονικῆ παρὰ κοινολαϊκῶν,*  
 „ De quantitate autem quæ Canonici nomine præstanda  
 „ est à Laicis, Canones quidem nihil definiunt. Ver-  
 „ rum iussio inclyti Imperatoris illius, Domini Isaacii  
 „ Comneni, formam designat multorum quorundam,  
 „ quæ Episcopis dantur à Laicis, qui habent in eorum  
 „ territoriis domicilia. Quoniam autem rerum irregu-  
 „ laritas & inopia, horum occultavit descriptionem,  
 „ [ multasimam enim eorum partem Episcopo dat ne-  
 „ mo ] contenti sumus consuetudine, & dantium libera-  
 „ litate: *ἀριμέδρα τῆ συνδέα, ἢ προάρμεσα τῶν διδόντων.*

(1) Tom. 1. Jur  
 Can. Græc. Rom.  
 P. 391.

Hastenus vidimus, Græcos Præsules a Simonia vi-  
 tio alienissimos; *consuetudinum*, & spontanearum obla-  
 tionum contentos: nihil esse exigendum pro Ordinationi-  
 bus & Sacramentorum aliorum administratione, imo  
 neque pro *Canonico*, sive *Cathedratico*, editis sanctioni-  
 bus præcipientes. Quid vero post Balsamonis tempora?  
 Quid postremis sæculis? Audiamus Thomam à Jesu de  
 conversione omnium gentium procuranda lib. 6. par. 2.  
 cap. 5. pag. 298. „ Quid vero de Græcorum peccatis di-  
 „ cam? Etenim in primis dolendum maxime est, quam  
 „ misere in Simonia labem ac crimen corruerit nunc  
 „ illustrißima olim natio; quum sciamus, à Turcarum  
 „ Rege Episcopos evehi, & dejici inter Græcos pretio,  
 „ & quo plus è Græcis aliquid offert, aut largitur Tur-  
 „ carum Regi, eo magis ille extollitur ad dignitates,  
 „ & amoveantur qui sunt in eis, quum plerumque majori  
 „ data pecunia, in se transferri aliquem Episcopatum cu-  
 „ „ pit,